

**7930** [A]fricanus Aug. verna | [idem?]<sup>1</sup> qui et supra aediculam | [cu]m cancellis et ornamentis | [ae]reis et hydriam onychinam | [si]bi et suis posterisque eorum | de suo se vivo fecit.

*Romae in monumento in quo N. 7895<sup>a</sup>. 7895<sup>b</sup>, sed titulus postea additus (VI 5306 videt Henzen).* — 1) *Supplevit Mommsen, referens ad Africanum Augusti servum qui memoratur VI 5305.*

**7931** d. m. | Q. Cáulió Carpó et Cáuliáe Trophime | et lib[e]rtis libertabusq. posterisq. eorum. | Ad hanc aediculam ollarum n. VI, et columbar. | iuxcta (*sic*) aedicul. n. VI ollar. n. XII, et angul. parietis | columb. n. III ollar. n. VI, itus aditus ambitus, tricl. | culinae usus aquae hau- riend. concessus est<sup>1</sup> | Q. Caulio Carpó ab Sex. Horatió Diadumeno.

*Romae (VI 14614 videt de Rossi).* — 1) Cf. N. 8356—8363.

**7932** d. m. s. | N. Fadius Hermes et Fervenia Restituta cum Fadiis fil. | suis Iambo, Festo, Fructo et Conflonia Fortunata | fecerunt sibi et suis lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ad has haediculas et ollas itum aditum ambit. et | haustum praestari debetur, in fronte comprehensis | aediculis tribus ped. octo, introrsus ped. duo, | in quibus aed. et columb. *(et cineraris)*<sup>1</sup> olla sunt n. XXIII (*In parte aversa aliis titulus*).

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 17655 videt Henzen).* — 1) *Haec scripta in versu sequenti, a scriptore ut videtur primum omissa.*

**7933** Claudia Prepusa emit de L. Calpurn. | Sperato et Nonia Fortunata | sibi et Successo imp. Vespasiani | Caesaris ser. Octaviano coniugi | suo !!!!!!!<sup>1</sup> | eius posterisque suis parietem hunc, | in quo sunt oll. LXV, et a pariete | pavimentum lat. p. I<sup>2</sup>, cinerar. et | aedi- cul. lat. p. Is.

*Romae, nunc Potsdam (VI 15551 videt Huelsen).* — 1) *Nonnulla erasa.* — 2) *Latum pedem et quadrantem.*

**7933<sup>a</sup>** in hoc pariete quae sunt | columbaria totius parietis sive ollaria usque ab | terra ad camaram, et ante | aediculam ossuarium | Osilliae Myrtidis, iuris | sunt mihi et meis poste[risque] eorum, quorum | honoris causa compa|ravi.

*Romae rep. (VI 25400 videt Henzen).*

**7933<sup>b</sup>** L. Hostilius Fortunatus | sibi et | Hostiliae Ianuariae filiae, | item libertis libertabusque suis | posterisque eorum fecit. | Exterae familiae aditus non datur, | nec iure quis in hoc monumento | ollas emet.

*Romae (VI 19652 descr. saec. XVII Fabretti).*

**7934** Gatta Marcanus et Arista | mamana<sup>1</sup> donarunt monumen[tum] lucandum<sup>2</sup> post nostram mortem | exceptis ollis duabus. Hoc ut fier[e]t [di]ligenter<sup>3</sup> et quibus ollas donavi | reddantur, et ut tueantur illi qui- bus ollas donavi, monumentum | meum L. Potillo<sup>4</sup> Epaphrodito et Pellia<sup>5</sup>. L. l. [P]sycheni: non vendidi | sed donavi: hoc ita convenit s. d. m.<sup>6</sup>